



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De Cardinalibus. Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

Deum referabant, eaque perpetim voluntas in  
eis perseverabat, ut ignominiosam potius op-  
eterent mortem, sicut & quibusdam euenit,  
quam quicquam admitterent contra Deum.  
Hac verò tempestate veri ac debiti ordinis lu-  
men in nonnullis penitus extinctum est. Vide  
num quid maiori eis curæ sit, quam ut honor  
suis integer ipsis permaneat. Vide quanta eos  
sua cura occupet, quo multas sibi cumulent o-  
pes, quo cognatos & propinquos suos ad ho-  
nores, diuitias, dignitates ac dominia proue-  
hant, potius quam ex animo Dei spectent ho-  
norem. Immo verò seipsum & quæ sua sunt, po-  
tius quam Ecclesiam spectent in omnibus, quæ  
vel agunt, vel omittunt. Atque ea ratio est, cur  
iam inter sanctos minimè referantur.

## De Cardinalibus.

## CAPVT VI.

DEVS : Iam porrò si horum temporum  
Cardinales spectes, vides nimirum, quã-  
topere eo se accommodent, eoque nitã-  
tur, ut suam ipsis gratiam præstet Deus, occul-  
taque opera sua in eis efficiat. Avaritiã & su-  
perbia occæcati sunt, cognatosque & consan-  
guineos suos ad magnos promouent honores  
& dignitates seculares: dantque operam, ut de-  
functo Romanæ Sedis Antistite, ipsi mox in e-  
ius locum subrogentur. Olim sanè mortuo  
summo Præsule, Cardinales omnes medulli-  
tus exterrebantur, veriti scilicet, ne Deo per-  
sistente, ipsi in extincti locum adsciscerentur.

Quæ

Cardinales  
olim omnes  
ut sese anti-  
stite maximo  
defuncto ge-  
rebant.

Quæ quidem humilitas ex optimo proficisceretur fundo, quod se eo munere indignos crederent: cumque aliquis Romanus Pontifex eligendus erat, cum omnibus Dei amicis supplices & obnixè rogabant Deum, pro suo honore & gratissima voluntate quempiam eis prouideret. Faciebant hoc ea de causa, quod non nisi DEI Optim. Maxim. spectarent honorem. Vbi, quaeso, hodiè talis ordo seruatur? Vt apparet, obliuioni datus est. Et tamen summos Pontifices prius diuinitus quam humanitus, vtilim solebant, eligi oportere.

*De Episcopis.*

CAPVT VII.

**D**EVS: Deinde adspicias velim Episcopos, ut nunc viuant. Quos quidem oportebat noctes atque dies in eam curam incumbere, ut subditis suis consilio & sanctis institutionibus auxilio forent, quò in fide Catholica constantes ac firmi redderentur: atque ubi minus id ipsi præstare possent, Doctores quosdam vitæ inculpatæ ac integræ precibus sibi in adiutorium adseiscerent, eisque suam impertirent auctoritatem siue potestatem: hæc vitam castam & pudicam ducerent, ut quotquot id de eis resciscerët, ad meliora prouocarentur: DEI honorem & Deum ipsum ante omnia semper amore ac intentione prosequerentur, seipsum minimè. Sed res planè inuersum abiit. Siquidem nunc diuitias, honorem, cognatos, potentiam secularem vel domi-

Episcopos  
quales esse  
oporteat.